Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mediocriter adiacentium parrochiarum
condolentes episcopi. fuerat enim bene
religiosus. conuenerunt in unum cum
clericis cunctis ut ihesu annu
ente prouiderent illi ecclesie secundum
scita canonum idoneum presulem. Con
cione itaque facta intererat quidam
pontifex magne auctoritatis ad cuius
intuitum omnium pendebat senten
cia, ut quem ille uoce proderet hunc pro
culdubio eligerent uniuersi.
R. Audiens xpisti confessor trium iuuenum
innocentium necem preucurrit quanto
cius ad locum quo fuerant plectendi et
liberauit eos. V. Statimque solutos a uincu
lis usque ad pretorium consulis secum adduxit.
Hic ergo per omnia sequens Lc. Et liberauit
apostolorum uestigia. cunctos ieiuniis
et deuotissimis precibus hortatus est insis
tere quatenus ille qui mathiam indi
dit numerum implere apostolicum. ipse
solita clementia pandere dignaretur quem
uellet fungi tanto sacerdotio. Tunc
omnes quasi celesti commonerentur oracu
lo. sic conuersi ad dominum flagitabant
ex intimis precordiis, ut pastor eternus
uiuificum suarum ouium pastorem osten
dere dignaretur. R. Qui cum audissent
sancti Nicolai nomen statim expanderunt
manus utrasque ad celum saluatoris
laudantes clementiam. V. Clara quippe
uoce coram omnibus dignum referebant
illum dei famulum. Saluatoris laud.

Ius quippe summa cum deuotione o
rantibus uocem de celo audiuit dicen
tem sibi predictus pontifex ut egredi
ens ante portas ecclesie staret et quem
primum hora matutinali uenire con
spiceret ipsum consecraret antistitem.
adiungens etiam quod Nicolaus uocitaretur.
Tum presul ille ceteris coepiscopis hanc in
sinuans reuelationem adiecit. Vobis in
oratione persistentibus ego forinsecus excu
babo, credo enim quod non preuenietur promis
so dei. Sic autem et ualuas basilice sancta calli
ditate obseruabat. Mirum in modum, ma
tutinali hora quasi a deo missus ante
omnes se agebat Nicolaus. R. Beatus Ni
colaus iam triumpho potitus nouit suis
famulis prebere celestia commoda qui toto
corde poscunt eius peticiones illi nimirum
tota nos deuotione oportet committere. V. Ut
apud xpistum eius patrocinium adiuuemur semper.
Cumque ad ecclesie ianuas appropinquasset, ille nimirum
quasset iniecta manu eum apprehendit
episcopus, blandeque sciscitatus est dicens.
Quale nomen habes. Ille ut erat columbina
simplicitate inclinato capite Nicolaus
inquit seruus uestre sanctitatis. Cui pro
tinus presul palmis iniectis ait. fili ue
ni mecum, est aliquid secreti quod tue in
doli fari debeam. Mox introgressus,
en fratres proclamauit. uere ait dominus
quodcumque pecieritis in nomine meo.
credite quia accipietis et fiet uobis.
En inquam quem petiuimus accepimus,